



1928 K 944

114

4, 12

DE  
DISSENSIONIBVS  
ICTORVM  
MAXIME CIRCA  
PROCESSVM  
DENVNCIATIONIS

Rügen-Proceß

DICTVM

IN FORO SAXONICO ELECTORALI

DISSERIT

BENIAMIN RVDOLPHVS  
GERBER

MEFFERSDORFFIO - LV SATVS

BS

SS

VITEMBERGAE  
PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI  
ACADEMIAE A TYPIS  
MDCCLV.

1745

DE  
DISSENSIONIBUS  
LECTORVM  
MAXIME CIRCA  
PROGRESSVM  
DENUNCIATIONIS

Magister Johannes

DICTVM  
IN FORO SAXONICO ELECTORALI

DISERT  
BENIAMIN RVDOLPHVS  
GERBER

MEISSNERDORFIO - LVGAVVS

—

VITTEMBERGAE  
PREFEO RHEINAM GOTTLOR RICHARDI  
ACADEMIAE A. 1718  
MDCCLXV





MEMORIAM HUIUS REVERENDISSIMI  
ACADEMICI HONORIS REVERENDISSIMO  
V I R O  
NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO  
AMPLISSIMOQVE

CHRISTIANO  
GOTTHELF  
MARCHE,

ICTO CELEBERRIMO  
SYNDICO MONASTERII MARIENSTER-  
NENSIS ATQVE SENATORI CIVITATIS BVDIS-  
SENSIS GRAVISSIMO, CAUSARVM, QVAE  
IBIDEM IN PRAELECTURA SVPERIO-  
RI TRACTANTVR,

PATRONO FIDISSIMO,  
DE GRAVISSIMIS HIS MVNERIBVS

OPTIME MERENTI  
PATRONO AC PATRVELI  
SVMME DEVENERANDO, PROMOTORI RERVM  
SVARVM CERTISSIMO

ACADEMICAM HANC EXERCITATIONEM

NOBILITIVISSIMO SACRAM ESSE VOLVIT

AMPLISSIMOQUE

CHRISTIANO

GOTTHELF

MARCHE

ICHO CELEBRERIMO

SYNDICO MONASTERII MARIENSTER-  
RIBNSI ATOVE SENATORI CIVITATIS BADIS-  
SENSI GRAVISSIMO CAUSARVM QVAE  
IBIDEM IN PRAEFECTURA SUPERIO-  
RI TRACTANTVR

PATRONO FIDISSIMO

DE GRAVISSIMIS HIS MVNERIBVS


OPTIME MERENTI

PATRONO AC PATRVELL

SVAMME obsequentissimus Autor EMVS

BENIAMIN RVDOLPHVS GERBER.





## INTROITVS



um specimine quodam academico uirium mearum qualiumcunque periculum facere oporteat, de quibusdam diffensionibus in nostro denunciationis processu pauca literis mandandi opportuna mihi uisa fuit occasio. Hoc enim thema de processu denunciationis, *Rügen-Proceß* dicto, non germanici solum et patrii iuris est, sed eius uiridem quoque obseruantiam in foro ostendit. Quare illud ad praesentem laborem suscipiendum, praeter alia, me excitauit. Si qua porro argumenti amoenitas est, ea profecto, de uariis Doctorum opinionibus in iurisprudentia differendi, infimo loco haud est ponenda. Quin etiam futuro practico exacta iuris controuersi, eius-

A 2

que



que causarum, cognitio ad negotia feliciter expedienda quam maxime profit, nullus sanus facile dubitabit, siquidem, eiusmodi scientia instructus, omnes causas, quae illi uel extra iudicium, uel in ipso quoque iudicio, gerendae occurrunt, cautius atque certius ad finem perducere possit. Ordinem uero scribendi sequentem elegi, ut primum *de dissensione in iurisprudencia, eiusque causis, generatim*, deinceps *de iudiciis denunciatoriis, et processu denunciationis inde orto*, tandem *de dissensionibus quibusdam in processu denunciationis hodierno*, strictim et breuiter agere placuerit.

## CAPVT I.

DE

## DISSENSIONE IN IURISPRVDENTIA, EIVSQVE CAUSIS, GENERATIM.

§. I.

*Ex eadem iuris  
interpretatione  
debet esse eadem  
iurisprudencia :*

**I**urisprudencia est habitus leges interpretandi, easque ad facta controuersa applicandi. Qua ex definitione sua sponte sequitur, legum interpretationem, et applicationem, facere utramque iurisprudentiae paginam. Colligi porro exinde licebit, ex eadem, recte instituta, legum explicatione, earumque, rite



rite facta, applicatione, unam omnino, eandemque, profluere debere iurisprudentiam. Vbi uero eadem ex interpretatione oritur iurisprudentia, ibi illam etiam, quoad hanc interpretationem, certam atque indubitata esse oportet.

## §. II.

At enim uero, teste experientia, hodierna iurisprudentia, ob iurium ex diuersis principiis interpretationem, tanta laborat incertitudine, tanto errore, ac dissensu, ut opinio stet contra opinionem, atque ius nostrum immensum aliarum super alias acervatarum legum cumulus merito dicatur. Id quod iam suo tempore LIVIVS *lib. III. cap. 34.* de iure Romano, cum illud in tantam legum molem paulatim increuisset, asserere non dubitauit. Nec erubuit *Ill. GRIBNERVS in diff. de obseru. colleg. iurid. §. 9.* eorum traditis assentiri, qui flebilem hanc iuris nostri confusionem, quae ex diuersa eiusmodi interpretatione orta fuit, his increpant uerbis: *Iurisprudentiam forensensem nullis principiis niti, sed constituere confusum corpus discrepantium opinionum, quod iure meliore, quam priscum chaos, rudis indigestaque moles possit appellari: non ex regulis et principiis amplius conclusiones, sed ex conclusionibus principia duci; adeoque in Legum Cultore patientiam tantum, et memori-*



*am, quae ediscendis sententiarum farraginibus suffi-  
at, ingenium uero modicum, et iudicium fere nullum,  
requiri.*

## §. III.

*Causae dissen-  
sionis multifa-  
riae in iuris-  
prudencia.*

*Inter eas re-  
fertur I. rece-  
ptio exterorum  
iurium.*

CUM, in causas tantae discrepantiae accuratius in-  
quirere, operae pretium uideatur, mihi uero nec  
locus fit, nec animus, de discordia hac pluribus, quae  
huc pertineant, differendi: spero, fore, ut non plena  
ac copiosa argumenti huius expositio, sed aliqualis  
tantummodo mentio, a me expectetur. Vt uero  
paucis demonstrarem, qua ratione, et quibus ex cau-  
sis, iurisprudencia nostra in tantam abierit incertitudi-  
nem, atque opinionum diuersitatem, in primis Rece-  
ptionem Iuris Romani, Canonici, et Longobardici,  
his discrepantiis fores aperuisse, existimo, iuraque ista,  
simul ac in nostram irreperunt rem publicam, iuris  
nostri Doctores in uarias traxisse sententias et opinio-  
nes, certo certius est. Quis uero non intelligit, haec  
exterorum iura magis ad illorum, quam nostrae, rei  
publicae naturam atque indolem esse conformata?  
Cum igitur legis ratio omnis interpretationis sit ani-  
ma, ad omnes hodie uitandas confusiones et dissen-  
siones in iurisprudencia nostra, necessario eius modi  
iura ex ueris suis fontibus et rationibus, modo restrin-  
gendo, modo extendendo, ad nostram rem publi-  
cam,



cam, suadente scilicet pari legis ratione, caute sobri-  
eque applicanda esse, censeo. At enim uero, ob re-  
rum antiquitatem, unicuique interpretum de uera ac  
genuina exterarum rerum publicarum natura non  
constat, nec rationes legum, inde petitae, satis cogni-  
tae sunt et perspectae, cum praesertim historia, huius  
scientiae fons, magnis tenebris obruta sit. Quid ergo  
mirum? quod, loco ueritatis certae, ex hisce princi-  
piis dubiis uix aliae, praeterquam probabiles, con-  
clusiones producantur, atque alter alterum in diuer-  
sam et discrepantem trahat opinionem. Quam ob rem  
interpretatio non potest non esse dissona, ac dubiis in-  
uoluta quam maximis.

## §. IV.

**A**ccedit, quod multis in Academiis nullae fere, nisi *II. Falsa me-*  
hae peregrinorum, leges doceantur, et funda-  
*rhodus docendi*  
menti loco ponantur. Qui docendi modus efficit, ut *discendique iu-*  
*ra.*  
patria nostra iura, quae obiter tantum, et, occasio-  
ne oblata, adducuntur, uel plane incognita maneant,  
uel, si qua horum scientia acquisita, rursus abeant in  
obliuionem. Relictis autem Academiis, iura, quae in  
patriam per usum et obseruantiam fuerunt introdu-  
cta, potissimum sunt consideranda. Quod si uero  
haec iura nostra in casu dubio uel restrictionem, uel  
extensionem, exposcunt, rationes ex nostrae rei pu-  
blicae



blicae statu forent petendae. Sed, animo in Academia iuribus tantummodo peregrinis imbuto, non possunt non nostrae rei publicae leges, earumque rationes, esse incognitae. Ex quo fit, ut Iura Germaniae explicentur ex Romanorum, aliorumque, legum indole, et Romana Iura uicissim ex Germanorum legibus saepius exponantur. Interpretatio igitur in ueris principiis ac fontibus non semper, et ubique, nititur, quoniam genuinae legum rationes partim ob temporis iniuriam ignotae manserunt, partim ob alias, quas recensui, causas neglectae fuerunt. Confugiunt tunc interpretes ad explanationem, quam saepius ex diuersis, dubiis, iisque interdum falsis principiis hauserunt, atque alter alteri expeditiorem, et solidiorem, sententiam obtrudere mirifice studet. Rebus ita comparatis, de discrepantia et dissensu Doctorum in iurisprudencia nostra haud ambigendum est.

## §. V.

## III. Obseruantia.

Porro Obseruantia, uelut tyrannus in linguis, saepius in iurisprudencia ad errores et dissensiones, in legibus interpretandis, occasionem praebet. Cum enim uniuersa fere iuris nostri peritia, et opinionibus sibimetipsis contrariis, et erroribus, plena deprehendatur, interpres, de iure certo in hac uel illa causa titu-



titubans, illud, quod alii iterum atque iterum iuris esse iudicarunt, in eadem causa certi atque expediti iuris esse putat. Inde accidit, ut Observantia, quae ex continua repetitione vim suam trahit, iuris interpretandi fiat principium, quo dubii casus explicentur. Sed quis non animaduertit, tantum abesse, ut sola exempla ad regulas interpretandi referri possint, ut potius ueritates et conclusiones, ex iis natae, temere assumantur, adeoque legitima disquisitio rationis, quae ad scopum ueritatis perfectae ducit, postponatur. Damnum, quod ex eo resultat, optime describit Ill. GRIBNERVS in *Dissert. de Obseru. Colleg. iurid. §. 10*, quando ait: *Sed non solum hoc (scilicet contemptus iuris nostri) est, quod ex auctoritate illa Observantiarum oritur, incommodum. Longe grauiora inde descendunt damna, quae iurisprudentiam non minus, quam Rem publicam, non parum perturbant. Inter haec incertitudo iuris est, quae uix dici potest, quanta pernicietas sit ciuium, et quantas una pariat calamitates.* Minime uero mihi hic sermo est de Observantia, quae in legibus et regulis interpretandi satis fundata est.

## §. VI.

**A**equitas etiam, quae quidem ubique obseruanda, *IV. Aequitas arbitraria.* atque omnino necessarium est decidendi fundamentum, haud raro uarias excitat dissensiones, iurif-

B

que



que incertitudinem. Cum enim quisque, pro suo arbitratu, et non raro ob finem occultum, singularis aequitatis speciem sibi fingat atque excogitet, ac proinde decisis regulis aequitatis, generatim consideratae, manifesto repugnet, non mirum est, quin diuersae et contrariae conclusiones exinde eliciantur, ac legis quoque positivae vigor detorqueatur. In primis autem hac ratione per iudicis arbitrium, cui ex aequitate iuris expositio relinquitur, vario modo, sub praetextu aequitatis, contra ueram Legislatoris mentem atque intentionem agitur. Quapropter Paulus in *L. 91. §. 3. de Verb. Oblig.* Celsi sententiam approbat, quod *in hoc genere* (quaestionum de bono et aequo) *plerumque sub auctoritate iuris scientiae permiciose erretur.*

## §. VII.

*V. auctoritas  
nimis magna  
sententiarum.*

**P**raeter negligentiam addiscendi ea, quae ad fontes legum perspicandos faciunt, dantur adhuc plures causae, eaeque singulares, quae, ratione interpretum, multas excitant controuersias. Cum autem hoc loco, unius tantum uel alterius causae facere mentionem, in animo fit, reliquas commemorare superfedeo. Silentio tamen praeterire nequeo, quod auctoritas sententiarum, quas Collegia iuridica pronunciant, ad incertitudinem hanc, et ius controuersum, multum



tum conferant. Quod si ius ob hanc rationem, quia Dicafterium ita censuit, certum creditur, ueritas iuris sub praeiudicio auctoritatis magis infirmatur, quam per uiam praescriptam exploratur. Collegia enim ob rationes modo recensitas uarias fouent opiniones, atque ius alio atque alio modo causis obuientibus accommodant. Differunt certe inter se mirum in modum, ita, ut alterum alterius sententiam modo affirmet, modo neget. Usus quoque forensis quotidie docet, processuum euentus inde reddi dubios atque incertos, ita, ut uexationibus continuis dissensio illa Collegiorum iuridicorum clypeo sit firmissimo. Immo non tota solum Collegia diuersis reguntur opinionibus, sed unius etiam eiusdemque Collegii non est eadem sententia. Cum igitur iuris prudentum animus, ut iam dixi, maximam partem in eius modi principiis, tam dubiis, quam diuersis, fluctuet, et quamplurimae conclusiones tantum probabiles sint: fieri non potest, quin sententia, quae antea uera fuit uisa, relinquatur, et alia, ex aliis certioribus fundamentis magis perspecta, nunc eligatur, et praeferatur. Cuius modi dissensiones, causis generatim consideratis, ut exemplis quibusdam, in nostro denunciationis processu obuiis, illustrem, instituti mei ratio postulat.



## CAPVT II.

DE

IUDICIIS DENVNCIATORIIS,  
ET PROCESSV DENVNCIATIO-  
NIS, INDE ORTO.

§. I.

*Iudicia denunciatória, in quibus processus denunciacionis moris erat, breuiter commemorantur.*

**A**nte tamen, quam exempla incertitudinis, ac iuris controuersi in processu denunciacionis in foro Electorali Saxonico, profero, ab hoc scribendi genere haud alienum uidetur, ipsa iudicia denunciatoria, indeque ortum denunciacionis processum, aliqua ex parte generatim contemplari. Sed cum uiri doctissimi, IO. CHRISTOPH. HERBERT *de iudiciis censoriis von Rüge: Gerichten*, et IO. CHRISTOPH. HARTUNG *de delatoribus; uulgo Rüge gemeistern*, publice quondam differuerint, atque praesertim Ill. GVSTAV. HENR. MYLIVS *in Exercit. Acad. de iudiciis denunciatoriis Saxonicis, Rüge Gerichte dictis*, naturam et indolem horum iudiciorum, processuumque, satis perscrutatus sit, non opus erit, ut omnia, quae ad iudicia haec, eorumque processum, pertineant, fusius repetam, sed ea solum, quae ad rei nexum faciunt, breuiter commemorabo.

CAPVT

II

§. II.



## §. II.

**G**ermani, quorum mores, teste TACITO *Libr. de* <sup>Ex moribus</sup> *moribus German.* omnia olim constituiebant iura, <sup>ueterum con-</sup> *delicta, pro more illis consueto, inuestigare, punire,* <sup>posita sunt no-</sup> *et extirpare, allaborabant, ac secundum hos mores* <sup>stra iudicia de-</sup> *causis criminalibus praefecti iudicare solebant, CON-* <sup>nunciatoria.</sup> *RING. de orig. iur. germ. Cap. I.* Iustus ille zelus, ad uindicanda crimina directus, apud illos tanti erat ponderis, ut eo ipso a delictis quamplurimi auocarentur. A moribus hisce plane singularibus ortum duxerunt iudicia illa denunciatoria, quae uulgo uocantur *Rüge* *Gerichte*. Cuius uocis originem ac ueram uim *Ill. MYLIVS* in cit. *Exercit. de iudic. denunciat. Sax. Cap. I. §. 1 et 2.* pluribus explicat.

## §. III.

**I**udicia haec denunciatoria erant ea, in quibus omnes, <sup>Descriptio ho-</sup> *iurisdictioni subiecti, stato die, comparere, et, per* <sup>rum iudicio-</sup> *fidem, iureiurando datam, delicta reuelare tenebantur.* <sup>rum.</sup> Postquam uero tota facies iterum atque iterum mutata, iudicia quoque illa saepius aliam induerunt formam, ita, ut iam origo, iam forma, iam finis, et causae eorum, alium constituerint procedendi modum.

B 3

§. IV.



## §. IV.

Variaeque eorum species referuntur.

Prima enim illorum Iudiciorum Origo fuerunt mores et consuetudines ueterum Germanorum. Inuenimus, praeter ea, alias quoque horum iudiciorum species, quae in nonnullis Germaniae prouinciis ex nouo inuento prodierunt. Ex Ordinationibus enim, quas *ensorias* uocant, origo totaque indoles arcessenda est. Quarum prima fuit Ordinatio Censoria in Ducatu Württembergico de A. 1559. Palatinae et Gothanae Ordinationes idem demonstrant. Quod ad formam eorum iudiciorum attinet, illius quoque plures species cernuntur. Celebrantur enim ritu solemnium, habita scilicet formularum aliarumque solemnitatium ratione, isque ritus uocatur *die Hebung des Gerichts*. Solemnitates autem hae, quod ad uerba et res, ita differunt, ut, pro moribus cuiusque loci, permultas ac uarias species animaduertamus. Nec minorem producant differentiam finis horum iudiciorum, et causae, quae in iis uentilantur. Alia enim eo tendunt, ut omnia qualiacunque delicta communia, quae publicam priuatamque securitatem turbant, in iis indicanda sint. Alia de propriis certius alicuius generis criminibus tantummodo cognoscunt. Alia ob damna, agris, pratis, siluisque illata, instituuntur. Quibusdam in locis habentur



bentur die Jahr Gerichte. In his ea, quae Dominus in rusticos exercet, iura, locique consuetudines, stato die, solemniter repetuntur, iique, qui officiis suis defuerunt, arbitrario puniuntur. Quae omnia plenius relata leguntur apud *Ill. MYLIVM in cit. exercit. Cap. I. §. VIII.*

## §. V.

**H**orum autem iudiciorum, uarie, pro temporum locorumue differentia, celebrandorum, ut idea certa et distincta formetur, definitionem, uel, si mauis, descriptionem, addo. Sunt nempe ea iudicia solemnia, antiquo ritu celebranda, in quibus omnes iurisdictioni subiecti, stato die, comparere, et omnia delicta, eaque, pro cuiusque iudicii indole, aut communia, aut propria, sub fide iurisiurandi reuelare obstringuntur, ut de iis, quae non sunt altioris indaginis, interdum etiam de negotiis ciuilibus, causa breuiter de simplici et plano cognita, ius reddatur. Quamuis igitur haec iudicia, ratione originis, formae, finis, et caufarum, quam maxime differant, conueniunt tamen per omnia in eo, ut simplex procedendi modus, qui moris maiorum fuit, in illis obtineat. Finis enim horum iudiciorum primarius est, ut caufae leuiores ex aequo et bono decidantur, hac ratione, ut ex solo iudicis arbitrio, missis omnibus ambagibus, lites confe-



confestim dirimantur. Idcirco apices isti iuris infiniti, qui in hodiernam nostram iurisprudentiam ex tam uaria iurium ratione, et inde orta ambiguitate, sensim transferunt, in his iudiciis sibi locum non uindicant, sed cuique ius suum ea, qua fieri potest, celeritate tribuitur.

## §. VI.

*Processus summarius in causis leuioribus, opificum, etc. in primis iniuriarum, usitatus, natales suos debet simplici procedendi modo in iudiciis denunciatorum.*

Initium igitur suum ex iudiciis illis, supra memoratis, eorumque simplici procedendi modo, ducit processus ille summarius, in Saxonia nostra Electorali usitatus, in quo causae leuiores, quae summam 50. florenorum Misnicorum, exclusis usuris, non excedunt; item causae commerciorum, politicae, opificum, etc. *Commerciens: Policens: Handwercks: Bau: Rechnungs: Gesinde: und Dienstorhen: Sachen;* et maxime iniuriarum, de simplici et plano tractari, atque ex bono et aequo decidi solent. Cum enim tanta legum multitudo, earumque anxia interpretatio, modum procedendi in nostris iudiciis fere inextricabilem fecerit, ut lites fiant infinitae, sumtusque impendantur plures et maiores, quam res, in litem deductae, aestimari possint, processus ordinarius et solemniter in causis, quae in *Recogn. Ordinat. Proc. Sax. El. Tit. I. §. 6. et Append. §. 2.* recensentur, sapientissimo consilio sub-

latus,



latus, atque in eius uicem minus solemnis, uel summarius, surrogatus est processus, quo eius modi res celerius, ut iam dictum, expedirentur. In causis iniuriarum summarius denunciationis processus, *Rügen-Proceß* dicitur, Edicto Regio-Electorali *de Duellis de A. 1712. §. 22. et Recogn. Ord. Proc. Elect. Sax. Tit. I. §. 6. in f. et Tit. IV. §. 1.* speciatim confirmatus est.

## CAPVT III.

DE

DISSENSIONIBVS IN PROCESSV  
DENVNCIATIONIS IN FORO  
SAXON. ELECT.

## §. I.

**E**x iis, quae ante dixi, apparet, processum de-  
nunciationis summarium esse, et prorsus irre-  
gularem, in quo ea, quae ad rigorem proces-  
sus ordinarii spectant, non obseruantur, sed causae  
celeriori modo et sine ambagibus tractantur et deci-  
duntur. Hoc in processu etiam iudicibus, qui cau-  
sas cognoscunt controuersas, laxior arbitrandi pote-  
stas

C

stas



stas permittitur. Exinde autem nouae oriuntur querelae et lamentationes de iure dubio atque incerto. Nec desunt plausibiles rationes, siquidem res, quae ab arbitrio iudicis pendent, certis limitibus circumscribi nequeunt. Itaque, in isto processu genere, uia diuersis opinionibus multifarie aperitur, et pleraeque conclusiones in numerum uagarum atque incertarum referri merentur. Negare tamen non audeo, quin conclusiones, ex bono et aequo fluentes, certae ac definitae sint, ex causis uero supra adductis, quae omnem iurisprudentiam reddunt ancipitem, arbitrium iudicis, quod in bono et aequo uersatur, opiniones quoque diuersas parere, non inficiandum.

## §. II.

*Multae potius  
dissen-  
siones in-  
ueniuntur.*

**E**rgo in processu denunciationis, in foro Saxon. Elect. usitato, dubiam omnino et dissonantem inuenimus interpretationem. Cum enim processus ille sua natura mixtus sit, et primario secundum normam Edictorum Reg. Electoral. de Duellis, aliorumque postea promulgatorum, praescriptam, quae in ueterum iudiciis denunciatoriis moris erat, de simplici et plano tractandus, uariae dissen- siones exinde emer- serunt. Nam quamplurimi in rebus, diserte non de-  
cis



cifis, principia boni et aequi, quibus maiores in iudiciis denunciatoriis utebantur, neglexerunt. Quod autem regulariter omnia, quae in Mandatis Regio-Electoralibus dilucide definita non leguntur, ex ueterum processu denunciationis simplici repetenda sint, declarat §. XXII. Edict. de Duell. de anno 1712. ubi processus denunciationis in causis iniuriarum his uerbis corroboratur: *Nach Art des in hiesigen Landen hergebrachten Rügen: Processus, summarisch verfahren zc. werden soll.*

## §. III.

Venio nunc ad id, quod, nescio, an primum esse debuerit. Putarunt nempe multi iudices et iuris practici, quod per cit. §. 22. Edicti Regii de Duellis, anno 1712. promulgati, ille modus de simplici et plano procedendi, qui apud ueteres in iudiciis denunciatoriis moris erat, neutiquam fuerit introductus, sed sublati ad palinodiam et aestimationem actionibus, ordinarius ac solemnis tantum processus abolitus, et in huius locum processus summarius, simpliciter talis, suffectus sit. Ex quo erroneo principio erroneas etiam ac discrepantes resultasse opiniones, per se patet. Huc pertinent diffensiones in transmittendo exemplo denuncia-

*Atque ex incepta interpretatione §. 22. Edicti Regii de Duell. de anno 1712. plurimi errores et abusus orti sunt.*



nunciacionis, atque in concedendis dilationibus, siquidem earum spatium, loco quatuordecim dierum, alii ad quatuor septimanas, aliique ad terminum Saxonicum, extendi uoluerunt. Admittendam quoque esse rei denunciati comparitionem per mandatarium, aliqui crediderunt. Atque in dissentiendo eo usque progressi sunt, ut et probationem, pro exoneranda conscientia susceptam, in hoc denunciacionis processu licitam esse statuerint. Quae autem omnia cum naturae ac indoli processus denunciacionis, qui solam ueritatis explorationem per celeritatem et aequitatem pro fine habet, aduersentur: non potuit non fieri, quin confusio exinde emerferit, et processus iniuste protraheretur. Ad confirmanda mea asserta pro uoco ad Rescripta Regia, die 4. (7.) Martii anno 1716. et die 19. Februarii anno 1721. data, in quibus hae res controuersae recensentur, et deciduntur.

## §. IV.

*Aliae dissensiones post Rescriptum Regium de anno 1716. enasae.*

Quaquam, compositis istis litibus, certa stat regula, quod processus noster in capitibus, expressè non decisis, secundum simplicem procedendi modum, maioribus olim usitatum, nach Art des in hiesigen Lan-



Landen hergebrachten Rügen: Processus, instituen-  
 dus sit, alios tamen abusus contra istam regulam de-  
 nuo irreplisse, satis superque testatur Regium Man-  
 datum nouiss. d. d. i. Iulii A. 1737. Nonnulli enim iudices  
 et causarum patroni, immo partes quaedam, denun-  
 ciationes, scripto comprehensas, etiam in leuioribus  
 iniuriis, contra rusticos, uel homines ex ciuico ordine,  
 inferioris fortis, ore prolatis, desiderarunt. Iudices  
 praeterea aduocatos admiserunt, scriptas citationes  
 expediuerunt, denunciationum apographa cum reis  
 denunciatis communicarunt, iurisiurandi de- et rela-  
 tionibus, longisque disceptationibus, nostra lingua  
*rechtlichen Verfahren*, locum dederunt. Cum au-  
 tem illa omnia contra naturam huius processus repu-  
 gnent, ea laudato saluberrimo Mandato uetita et pro-  
 hibita fuerunt.

## §. V.

**R**emanerunt uero hae inter Doctores dissensiones: *De controver-*  
 utrum statim, facta denunciatione, et ante emit- *sia huius loci,*  
 tendam iudicis citationem, documenta illa, quae ad *nondum decisa.*  
 causam faciunt, et in denunciatione uel generatim uel  
 speciatim inducuntur, originaliter producenda, uel et-  
 iam nominati testes, praestito iureiurando, examinan-



di sint? an uero, his deficientibus, denunciatis, priusquam pars denunciata citetur, fundamentum denunciationis suae iurato corroborare debeat? Aientem tuetur sententiam *Ill. MENCKEN in Obseru. circa Process. Sax. §. 3. sqq.*, addito tamen in §. 10. hoc temperamento: iuramentum unius testis depositionem ante citationem sufficere, si plures testes a denunciante nominati sint, reliquorum uero testium examen differendum esse, usque dum a reo facta sit responsio. Haec autem in totum *Ill. KRESS. in Diss. de quibusd. Obseru. aequitati repugn. circa Process. Denunc. in foro Saxon. Cap. 2. §. 1. seqq.* et ex parte *Ill. KEMMERICH. in Diss. de Denunc. iniur. Sax. §. 20.* negat.

## §. VI.

*De aliis eius  
modi contra-  
uersis indeci-  
si.*

**A**liam animaduerto diffensionem in eo casu, quando denunciatis statim ab initio testes nominat, illi uero in examine nihil, quod ad rem facit, deponunt. Quo in casu dubitatur, an nihilominus denunciati iurata denunciationis suae assertio permittenda sit? Id quod *Perill. Liber Baro de WERNHER Vol. V.*

P. VIII.



P. VIII. Obs. 378. pag. 637. affirmandum putat, et praeiudicio responfi, ab Ordine Iurid. Vitembergenfi M. Mart. 1721. ad requisitionem des Rathes der Altstadt Eisleben in causa N. N. dati, confirmat. Cum autem dubium uideatur, num denunciatus ad eius modi iuramentum assertionem sine ullo discrimine, siue testes adsint, siue deficiant, admittendus sit? de hac re idem Ordo, ab eodem Senatu quaesitus, respondit: ab illa iurata assertionem abstinendum esse, si testes haberi possint. Inter istas sex quaestiones, quas Perill. WERNHERVS in Supplem. Nou. ad P. V. Obs. 122. Vol. VII. pag. 603. seq. adducit, huc pertinet quinta. Senatus Isebiensis interrogabat: Ob jeder Denunciant, ohne Unterscheid, es mögen Zeugen vorhanden seyn, oder nicht, zur eydlichen Bestärkung seiner Denunciation zu admittiren, und sodann, nach abgelegtem Eyde, ohne Vernehmung derer Zeugen, so gleich auf das Purgatorium zu erkennen sey? Ad quam modo laudatus Ordo pag. 607. n. 7. ita respondit: Die weil obangeregtes vom 7<sup>ten</sup> Martii (1716.) ergangene allergnädigste Mandat des ausdrücklichen Inhalts, daß  
in



in denen casibus, wo, in Ermangelung des Beweises, bey denen Iniurien es auf den Eyd ankommt, der Kläger zu eyndlicher Bestärkung seiner Denunciation, und Beklagter, nach dessen Erfolg, zu Leistung des Purgatorii, vertheilet werden soll, und daraus, und deme, was wegen der Gewissens-Vertretung vorhergeheth, daß die Intention des Legislatoris dahin gerichtet, daß, statt des iuramenti calumniae, die eyndliche Bestärkung der Denunciation von Klägern, statt des Haupt-Eydes aber das Purgatorium von Beklagtem geschworen, und dieses nur in dem Fall, wo, in Ermangelung des Beweises, der Kläger der Eydes-Delation sich gebrauchet, also gehalten werden solle, sich deutlich veroffenbahret,

So mag in dem Fall, da Zeugen vorhanden, und zu Beybringung derer denunciirten Iniurien an gegeben werden, der Kläger so fort zur eyndlichen Bestärkung seiner Denunciation nicht gelassen, noch darauf dem Beklagten das Purgatorium auferleget werden. Nec rei, sub poena confessi et conuicti citati, contumacia omni caret dubio ac differentia. Putat enim



nim *Perill.* WERNHERVS *Vol. V. Part. VII. Obs.* 197. pag. 389. n. 2, citatum in causis iniuriarum sub poena confessi et conuicti pro contumace haberi non posse, nisi denunciatio iureiurando confirmata, uel per testes probata, aut saltem indiciis quibusdam reus grauatus sit. Ita Ordo Vitembergenfis *M. Dec.* 1720. ad requisitionem der Interims-Verwaltung des Stiffts Naumburg zu Zeitz, in causa Christian Friedrich Schallers, contra L. Heinrich Ludewig Sorgen, und Friedrich Stiegledern pronunciauit, his uerbis usus: Daß, gestalten Sachen nach, und in Ansehung, daß Christian Friedrich Schaller seine Denunciation weder beschworen, noch durch abgehörte Zeugen beygebracht, folglich der Rügen-Proceß, nach dem Allergnädigsten Duell-Mandat, und dem vom (4.) 7<sup>ten</sup> Martii 1716. ausgelassenen Edicte, noch nicht gnüßlich instruiert gewesen, gedachter L. Sorge und Stiegleder noch zur Zeit pro confessis et conuictis nicht zu achten, auch die verursachten Unkosten zu erstatten nicht schuldig, sondern es sind dieselben, wenn obigen Mängeln zu förderst abgeholfen, anderweit, nach angeregtem

D

Aller:



Allergnädigsten Mandate, zur summarischen Vernehmung über die angebrachte Denunciation, mit Ertheilung einer 14tägigen Frist, sub poena confessi et convicti vorzuladen, ferner darauf in der Sache, sowohl derer Unkosten halber, zu beschehen, was recht ist. D. R. W. Atque Ordo etiam Vittembergensis, secundum *Perillustr. WERNHERVM in Supplem. not. ad P. V. Obs. 122. Vol. VII. pag. 604. n. 6. et pag. 608. n. 8.* eum, qui in termino non comparuit in persona, sed in scriptis ad denunciationem respondit, simpliciter pro confessi et convicto declarandum esse, censuit. Senatus enim Illebiensis M. Mart. 1721. inter alias hanc quaestionem formauerat: Wenn der Denunciat in dem zu seiner Vernehmung angeetzten Termin, oder auch vorher, an statt persönlichen Erscheinens, schriftlich ein kommt, und auf die Denunciation antwortet, oder auch nur ein und anders zu seiner Nothdurfft einwendet, und den Termin rückwendig zu machen sucht, ob sodann der Iudex, daß dessen schriftliches Einwenden nicht statt habe, zu resoluiren, und zu gleich



gleich einen anderweiten Termin zu praefigiren, nöthig habe, oder, ob der Denunciat, welcher einmahl sub poena confessi et conuicti vorgeladen, ohne fernere Ansetzung eines Termins, pro confesso et conuicto gehalten, und condemniret werden möge? Cui Ordo Vittembergensis sequens responsum dedit: Die weil in diesen Churfürstl. Sächsl. Landen das schriftliche Einbringen insgemein nicht zulässig, und wenn einer, der sub poena confessi et conuicti auf die Klage sich einzulassen vorgeladen, solches in Schriften verrichtet, er nichtsdestoweniger pro confesso et conuicto gehalten wird, hierüber das geschärfte Duell - Mandat §. 22. des Inhalts ist, daß, bey unterbleibender Erscheinung, auf die sub poena confessi et conuicti beschehene Ladung, die Condemnation, nach Anleitung der Denunciation, erfolgen, und dem contumaci keine weitere Deduction gestatter werden, sondern bloß die Exceptiones non rite factae insinuationis et impedimenti legitimi vorbehalten seyn sollen: So erscheint daraus allenthalben soviel, daß der Denunciat, der sub poena confessi et



conuicti vorgeladen, es sey denn, daß er ob impedimentum legitimum Prorogation suchet, ohne anderweite Ansetzung eines Termins, auf erfolgtes Aufsenbleiben, pro confesso et conuicto zu halten, und mit keiner weitem Deduction, als termini angusti, non rite factae insinuationis, et legitimi impedimenti, zu hören sey.

B. R. B.

S. D. G.







\* \* \*  
So recht, gelehrter Freund, so kanst  
Du freudig scheiden,  
So giebt man recht entzückt den letz-  
ten Abschieds-Kuß;  
So darff die Großmuth nicht den frohen Vor-  
wurff leiden,  
Den sich die Thorheit oft verdrüsslich machen  
muß.  
Da plagt ein solcher Geist sich mit verhaßten  
Kummer,  
Er sieht der Weisheit-Schloß mit nassen Au-  
gen an,  
Er lästert auf sich selbst, und flucht der Wollust-  
Schlummer,  
Und was sonst dieses Gift noch mehr an ihm  
gethan.  
Hingegen, wer der Zeit gebührend wahrgenomen,  
Und solche ganz allein auf Kunst und Fleiß ge-  
wandt,  
Darf endlich ungeschent zum Ehren-Tempel kom-  
men,  
Der Weg ist diesem nicht, wie jenem, unbekannt.



Ein kluger wendt demnach die annoch muntern  
Kräfte  
Und seiner Sinnen-Krafft so gleich zur Weiß-  
heit an ;  
Er schärfet den Verstand durch rühmliche Ge-  
schäfte,  
Verläßt den Laster-Steg und geht auf sicherer  
Bahn.  
Kein Vorthail blendet hier den Eysen , das Be-  
mühen ,  
Bleibt der verheißne Lohn gleich lange ausgefetzt;  
So wird er nicht darum von ihrer Seiten fliehen,  
Er weiß, daß der Verzug zu rechter Zeit ergöht.  
Diß alles kan man jetzt an Deinem Beyspiel sehen;  
Du warst , gelehrter Freund , der rechten  
Weißheit treu ,  
Drum kanst Du auch mit Ruhm in Ehren-Kampf  
bestehen ;  
Die Wahrheit spricht mich hier von allen  
Schmeicheln frey.  
Wie eyfrig war Dein Fleiß die Rechte zu erlernen,  
Du gabst der Themis gleich die ihr geweyhte  
Hand,  
Drum



Drum kontest Du Dich leicht von jener Schaar  
entfernen

Die nach der Laster-Bahn mit voller Wuth  
entbrannt.

Die Lehrer, welche Du zu Fühern auserlesen,  
Die stellten Deinem Fleiß ein Bild und Mu-  
ster dar;

Nur Schade! daß diß Bild Dein Bruder selbst  
gewesen,

Der in der besten Blüth schon reif zum Tode war.  
Die Weißheit klagte Ihn, und Deiner Eltern  
Hoffen

Schien damahls ganz umsonst. Jedoch Dein  
muntre Geiſt

Hat solches ietzt mit Lust fast mehr als übertroffen;

Wie, wenn ein Phoenix selbst aus eigener Asche  
steigt.

O! dürffte diesen Tag Dein treuer Vater  
schauen,

Die Freude würde noch gewiß vollkommner seyn;  
So aber lebt Er dort in jenen Himmels-Auen.

Ich schweige, denn diß Wort erneuert Schmerz  
und Pein.

Indeß



Indessen soll mein Wunsch Dich werthen  
Freund begleiten.

Dir folget Ehr und Ruhm, Du bist derselben  
werth.

Ich sehe allbereit die frohe Zeit von weiten,  
Da Dir des Glückes - Hand ein schöner Loosß  
beschert.

Erfülle meinen Wunsch und werthen Mutter  
Hoffen;

Doch trenne niemahls nicht das edle Freund-  
schafft's - Band.

Und steht dereinst Dein Herz der keuschen Liebe  
offen,

So mach auch diese mir als Deinem Freund  
bekannt.

Mit diesen Zeilen wolte dem Herrn AVCTORI  
zu seinem rühmlichst abgelegten Specimine  
aufrechtigst gratuliren

**Christoph Gottfried Bulsius,**

aus Wittenberg,

Candidat. Prax. et Notar. Publ. Caesar.

immatriculatus.

Opp.

Gelehr-



**S**elehrter Freund Du zürnest nicht,  
Ein kurzes Denckmahl herzusetzen;

Da man von Deinem Ruhme spricht,  
Muß diß vor andern mich ergötzen.

Altraea bietet Dir die Hand;

Der Tag macht Deinen Ruhm bekannt;

Ein ieder rühmt Dein gründlich Wissen.

Wer so in Ehren-Kampff besteht,

Und aus den Weißheits-Schulen geht,

Wird fremdes Lob nicht borgen müssen.

\* \* \*

\* \* \*

**J**a wohl, ein solches brauchst Du nicht;

Du kannst mit Ruhm und Ehre scheiden.

Die Weißheit hält, was sie verspricht;

Und diß erblickst Du ißt mit Freuden;

Doch, diß ist nur ihr erster Lohn,

Sie wird an Dich, als ihren Sohn,

E

In



In kurzer Zeit noch besser denken,  
Du aber wirst, gelehrter Freund,  
Wenn diese Zeit nach Wunsch erscheint,  
Auch mir noch Deine Freundschaft schencken.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte seine Erge-  
benheit an den Tag legen, und sich zum fer-  
nern Wohlwollen empfehlen, des Herrn


RESPONDENTEN

ergebenster Diener und

Opponenten

**Gebhard Friedrich Bastineller,**

aus Wittenberg, S. R. V.



**S**o kommt Gelehrsamkeit, die man an sich  
gezogen  
Durch Hitze Frost und Müh, zu acht  
und grossen Ruhm;  
Wenn sie auch öffentlich, in abgedruckten Bogen,  
Sich nett und wacker zeigt, der Musen Heilig-  
thum!

Gelehr-



Gelehrter Freund! nun hat Dein Eifer ange-  
troffen,

Das, was er längst gesucht, und sich zum Ziel  
gesetzt;

Das allen Fleiß versüßt, erfüllt der Mutter  
Hoffen,

Ja selbst die Musen-Schaar, mit höchstem  
Recht ergötzt.

Du bist ein Philosoph der stets aus reinen Grün-  
den,

Die unumstößlich sind, der Wahrheit Stützen  
zieht;

Der Rechten Wissenschaft, ist auch bey Dir zu  
finden,

Das nun an Deinem Haupt, mit recht der  
Lorbeer blüht,

Wohl an geehrter Freund! Gott segne Dein  
Bemühen,

Er lasse Glück und Heyl, Dir stets zu Seite  
stehn,



So wird Dein Fleiß sofort, viel Ehre nach sich  
ziehen,  
Die Republick wird sich, durch Dich beglücktet  
sehn.

Hiermit wollte sich, dem Herrn Verfasser dieser  
Schrift, seinem wertheftem Freunde, nebst  
Anwünschung alles Wohlergehens, zum ge-  
neigten Andencken ergebenst empfehlen

**Hartmann Christoph Ablung,**

der Gottesgelartheit beflissener  
aus Hasleben im Schwarzburgischen.



**D**um Themidis cathedram ascendis, DI-  
GNISSIME GERBER,  
Ingenique probas iudiciiue decus:  
Det DEVS, iste ut honor, magno sudore paratus,  
Fructu sperato TEQUE TVOSQUE beet:  
Mox quoque TE Themis ad summos ut ducat ho-  
nores,  
Et TIBI decernat Curia grande Decus.

Sic



Sic TVVS assiduus sumit sua praemia sudor,  
Ac iusto titulo percipit atque tenet.

*Ira uonet,*

*et,*

*de Specimine hoc gratulans,*


NOBILISS. atque DOCTISS.

DN. AVCTORI et RESPONENTI

*de meliori se commendat*

Opponens

Io. Elias Gefner, Ciza-Misn.  
LL. Cult.



**S**reund, dem der Themis Hand und Schoß  
Mit kluger Sorgfalt auferzogen;  
Jetzt schenckt sie das beglückte Loos  
Dem sie von Jugendauf gewogen.  
So siegt, so kämpfft etn munterer Fleiß,  
Der nichts von eitler Thorheit weiß,  
Der sich der Weisheit ganz verschrieben;  
Ihr Dienst bleibt niemahls unbelohnt,  
Sie führt wo Ruhm und Ehre thront  
Dem, der ihr stets getreu verblieben.

E 3

Und



Und eben diese Ehren-Bahn  
Betriff auch ietzt Dein gründlich Wissen;  
Die Weißheit fängt anieho an,  
Auf Dich ihr Füll-Horn auszugießen;  
Sie nennt Dich ihren rechten Sohn,  
Sie schencket Dir den ersten Lohn;  
Altraea setzt in ihren Tempel  
Das Bildniß Deiner Fertigkeit  
Und rühmet die Geschicklichkeit;  
Warum? den andern zum Exempel.

So kanst Du wohl mit Ruhm und Preis  
Der Musen Sammel-Platz verlassen;  
Der Tag belohnet Deiner Schweiß;  
Wer kan ein solch Verhängniß lassen?  
Du bist derselben Ehre werth;  
Ein Schatz, dem nie kein Kost verzehret.  
Geh, wuchre mit den Weißheits-Gaben;  
Selbst Dein Dir anvertrautes Pfund  
Rühmt unsrer weisen Väter-Mund  
So, wie Sie es befunden haben.  
Mein



Mein heisser Wunsch begleitet Dich ;  
Du müssest immer höher steigen ;  
Dein wahrer Ruhm vermehre sich  
Und diß soll die Erfüllung zeigen.  
Ich ruffe Dir mit Sehnsucht nach :  
Die Freundschaft, die Dein Mund versprach  
Laß stets in Deinen Herzen grünen.  
Das Glücke sey Dir unterthan,  
So fängt der Neid am ersten an,  
Dir, werther Freund, mit Lust zu dienen.

Bey dem rühmlichst abgelegten Specimine des  
Herrn AVCTORIS, wolte seine Ergeben-  
heit, und aufrichtige Glückwünschung an  
den Tag legen, und sich zum geneigten An-  
denken empfehlen

**George Philipp Gottwalt,**  
d. G. G. B.  
aus Bauerstadt bey Coburg in Francken.









ULB Halle  
005 458 439


3











1928 K 944

14

4, 12

DE  
 SENSIONIBVS  
 ICTORVM  
 AXIME CIRCA  
 OCESSVM  
 VNCIATIONIS  
 ügen = Proceß  
 DICTVM  
 O SAXONICO ELECTORALI  
 DISSERIT  
 AMIN RVDOLPHVS  
 GERBER

MEFFERSDORFFIO - LV SATVS

SS

VITEMBERGAE  
 EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI  
 ACADEMIAE A TYPIS  
 MDCCXLV.

1745

